Sursum corda. Habem(us) ad dn̄m. Gratias agamus domino deo nr̄o. Dignum et iustum est. Prefatio.

Vere dignum et iustum est equum et salutare. Nos tibi semper et ubiq(ue) gratias agere. dn̄e sc̄e pater omp̄e eterne deus. per xp̄m dn̄m nr̄m. Per quem maiestatem tuam laudant angeli. adorant dominationes. tremunt potestates. Celi celorumq(ue) virtutes. ac beata seraphym. socia exultatione concelebrant. Cum quib(us) et nostras voces ut admitti iubeas deprecamur supplici confessione dicentes. Sc̄s sanctus sanctus dn̄s deus sabaoth pleni sunt celi et terra

gloria tua osanna in excelsis. ·cl·
Benedictus qui venit in nomine domini osanna in excelsis.

Credo in unum deum. Patrem omnipotentem factorem celi et terre visibilium omnium et invisibilium. et in unum dn̄m ihesum xp̄m filium dei unigenitum. et ex patre natum ante omnia secula. deum de deo. lumen de lumine. deum verum. de deo vero. genitum non factum consubstantialem patri. per quem omnia facta sunt. qui propter nos homines et propter nr̄am salutem descendit de celis. et incarnatus est de spiritu sc̄o ex maria virgine. et homo factus est. crucifixus etiam pro nobis. sub pontio pylato. passus et sepultus est. et resurrexit tertia die scd̄m scripturas et ascendit in celum. sedet ad dexteram patris. et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos et mor[tuos]

Getrokken uit den ouden band van Biblia bot. II (BY-2-IX)

License: cc-by-nc-sa – Scherpenheuvel-Zichem, Abdij der Norbertijnen van Averbode, Archief, Sectie IV, hs. 417, 7, fol. [1]r – Noted missal (https://fragmentarium.ms/view/page/F-mz4s/7116/69750)